



# Hollandia

**Kaart van Holland, Barent Langenes, 1598 (1602/1606)**

<https://hdl.handle.net/1874/20415>

DESCRIPTIO HOLLANDIÆ

199



Hol-21

## DESCRIPTIO HOLLANDIÆ.

quam Tacitus Grinnes nominat, & Batauodurum quod nostris est *Wyck te Duerste*. Ab hoc loco  
 quū se Rhenus in lacus varie pāderet, *Lecca* dictus fuit: vbi angustior esse incipit, *Fleuns*, vt planè arbit-  
 ter Fleum esse eam Rheni partem, quæ Traiectum præterabitur, & nunc *Veeta* appellatur: Fleui  
 appellationem habuit à Fleuo castello pope Rheni ostia ad littora Oceani, cuius meminit Tacitus li-  
 bro iv. Annal. Id iam olim cum magna terrarum parte Oceani vndis absumptum est, nisi quod no-  
 minis vestigia remanent in Velauia, *die Veluwe*: Fieri etiam potest, vt Fleus perpetuo lapsu per con-  
 tinuas terras deuolutus, insulam efficerit eam quæ nunc dicitur *Flielant*; quali Fleui insula. Inte: Fle-  
 um & Leccam, Rhenus medio ore, *modicum nomini suo custodivit alueum*, vt ait Plinius; qui dñuc  
 præter Woerdam lapsus, per Albiniana castra Lugdunum Batauorum fecit; inde per Rhenoburgen-  
 sem agrum ad vicum Cattorum (*Catwyk*) iuxta arcem Britannicam se in Oceanum quondam exone-  
 rauit; nunc verò obstructo arenis alueo sifstir. *Lecca* accolarum industria intra Rheni alueum clau-  
 sus, prohibitusque latius diuagari, Culenburgum præterfluit, exinde Vianam præterabitur, postea  
 decurrit Schoonhouiam, demum in Merouam amniem, priusquam Mosæ nomen induat, sese effundit.  
 Atque hic quidem Rheni alueus est ad Germaniam. Ad Galliam verò est Vahalis, quæ Cæ-  
 sari Vacalos, antiquo accolarum nomine ita insignitus, ob viciniam Gallorum; quodque per illam  
 Rheni partem iter esset ad Gallos. Hic primò situm est Neomagum, vel ut alij scribunt, Nouiomagum;  
 regia olim Batauorum sedes, vrbs copiosa & præpotens: Haud procul inde, ad Mosam tamen,  
 est Batenburgum; postea iterum ad Vahalim Tiela, inde Bomelium, tum Workomium, ad quod  
 Vahalis Mosam accipit, seruato tamen adhuc suo nomine. Inde ad Gorcomium post admissam  
 Lingam, nomen mutat, & Meroua appellatur, à Merouæorum (quæ regia Francorum stirps fuit) arce,  
 cuius parietes tametsi ob vetustatem, fluctusque tum fluminis tum Oceani, ruinosi ac nutabundi,

etiam